Se autem e a se utroq; item numero syllaba longa constat.

Item pronomina suus sua suū. Nominatiuo singulari pyrrhichiu recipiant: & neutro genere V litera geminat ne sit uerbū: ut auguriūq; suū. Genetiuo datiuo siue ablatiuo: iambum accusatiuo pyrrichium.

Item pluraliter masculino & fœminino iambum recipit: neutro tribus casibus pyrrichium.

Genetiuis amphibrachym, cæteri uero casus iambum.

Hic h hoc.

Item pronomina finita atq; demonstratiua hic hæc hoc. Nominatiuo singulari masculino siue neutro genere eadem syllaba breuis est: fœminino longa. genetiuis casus omnium trochæum recipit, non tam natura quam positione quod i litera duplex sit, ut huius odorato radices. Datiuus pyrrichium huic: sed possunt ambæ syllabæ in synaliphâ cadere, ut atq; huic responsum paucis ita reddidit: Accusatiuus & ablatiuus breuem syllabam recipiunt natura: sed positione lōgam, item pluraliter hi & hæ hæc, nominatiuus longam recipit genetiuis ex lōga & breui constat: cæteri omnes syllabam longam recipiunt.

Huius huic
Hoc Hi
Hæ Hæc

Meus Mea
Meum

Item pronomina possessiua: & ad aliquid referentia meus mea meum nominatiuus singularis siue accusatiuus: & uocatiuus pyrrichiu recipiūt, genetiuis siue ablatiu⁹ iābū, pluralis nominatiuus & accusatiu⁹: & uocatiu⁹: masculino & fœminino gñe: ex breui & lōga constat neutro ex duab⁹ breuibus genetiuis omniū breui & lōga & breui. Datiu⁹ & ablatiu⁹ ex breui & longa, ut siue meum corpus spoliatū lumine maius reddere.

Quantus
Tantus

Item pronomina quantus tantus nominatiuo casu singulari, & accusatiuo ultimam breuem recipiunt: ut quātus ab occasu. Tantus amor terræ, fœminino & neutro genere supradictis casibus eadem syllaba breuis est, genetiuo quoq; breuis datiuo & ablatiuo longa.

Item pluralis nominatiuus accusatiuus & uocatiuus masculini & fœminini generis longam habent naturaliter ultimam: nam prima positione fit longa: neutro uero genere his casibus breuis erit ultima, genetiuo omnium ex duabus breuibus & longa constat: ut miserere laborū tantorum. Datiuo & ablatiuo extrema longa est. Non immerito plerūq; pronomina comprehendit: ut aliquantulum patefceret naturalium ratio syllabarum, cætera autem ex his facile colliguntur.

Tantum.

De

De Verbo.

In ultimis syllabis dicam: penultimisq; uerborū, uerba oīa cunctis significatiōibus: cōiugationibusq; modis tēporibus atq; personis: decē lris terminant uocalibus qnq; cōsonantibus totidē.

A. litera uocali semper producta, ut da nunc Thymbrae pater: E litera producta, ut ta uatam tu diua mone litera correpta, ut en age segnis. i litera semper producta tēpore præsentis. Nāq; sub cœbalia memini, præterito pfecto, ut læta dedi. O, litera frequēter pducta, ut lustra domosq; traho, aliquando correpta. Nā ut superius dictum est o litera postrema uocalis in nominatiuis casibus nominū siue pnomiū: personis quoq; uerborum & corripit & pducit potest, u litera semp longa sed hæc in uerbis ipersonalibus inuenit, ut clamatu & monitu. Cuius declinatiōis forma apud Vergiliū nostrum non facilius inuenit.

Item de consonantibus uerba m litera terminata breuem syllabam recipiunt, cuius rationem supra memorauī, ut aut in synalipham cadat, aut positione longa reddat syllaba.

C. lra terminata sæpe producit, ut dūc age duc ad nos, & dic age nāq; mihi iterdū corripit, ut fac ergo ut fuerit, in aliis psonis tēporū & modorū eadē syllaba ita iperatiuo modo & corripit & pducit p sua natura pōt.

As uel es syllaba in omnibus uerbis & cōiugationibus præter sum, & quæ ex ipso nascunt, ut adsum prosum quia & defectiua sunt, & cōiugatione carent semper producant, ut uicinosq; ignare paras inuadere portus, & Formosam resonare doces amaryllida syluas: & in illis defectiuis uerbis est, ut Huc ades o Gelathæa.

Is syllaba si fuerit tertiæ cōiugationis producta pducit etiā in monosyllabis uerbis quæ cōiugatione carent: potest syllaba produci, ut uis & Tarquinos. At si fuerit tertiæ correpta, corripit: ut his germana malis oneras atq; obicis hosti, mus uel tis syllabæ plurali numero inueniuntur: sed semper breues sunt, ut Nox ruit ænea nos flendo ducim⁹ horas & lumina labentem cælo quæ ducitis annū. Verba r litera terminata qualibet præcedente uocali nouissimā syllabam breuem recipiunt, at syllaba ut inferat & quos sydonia uix urbe reuelli. Et syllaba magicis in uitam accingit, or, ut testor utrūq; caput: ut syllaba ut ducit iselix xuo matorus Acætes t litera postremam semper breuem syllabam reddit pcedentibus tribus uocalibus, a, e, i, ut ly dorūq; manus collectos armat agrestes: & admonet ira daum: & nec turnum segnis retinet mora: sed rapit acer, disputauimus genera de postremis syllabis: nunc specialiter disceptamus: per significaciones modos tempora atq; personas.

Prima psona modo pronuntiatiuo: id est indicatiuo tēpore p̄senti acti uorum neutralium uerborū sæpissime longam recipit, ut lustra domosq; traho. Secunda psona primæ & secūda uel tertiæ cōiugationis producta: semper pducit ultimam syllabam, ut donas moneas audis. Tertiæ

Verborū terminationes

A. finalis in uerbis, E I O.

V. Clamatu Monitu

C Duc Dic Fac

As Es

Ades Is

Mus Tis

R. litera Ar

Or Vr T. litera.

Modus pronuntiatiuus

b

uero cōiugationis correptæ corripit. ut caufando nostros in longū ducis amores. Tertia psona oibus quattuor ordinibus cōiugationū ultimam syllabā corripit plurali numero. prima & secūda in tribus ordinibus cōiugationū productis: excepta tertia coniugatiōe correpta penultimā syllabam producūt: nouissimā corripiunt. ut donamus donatis. Monem⁹ monetis. audimus auditis. Tertia uero cōiugatione correpta penultima semper corripit. ut nos flēdo ducimus horas. & labentē cælo qui ducitis annum. Tēpore p̄terito imp̄fecto numero singulari penultimā syllabam in omnibus psonis utriusq; numeri uniuersæ coniugationes longā recipiunt. ut donabā monebam audiebā legebam. itē pluraliter donabamus monebamus audiebamus legebamus: nouissima syllaba singulari numero prima psona semper breuis est: in omnibus coniugatiōib⁹. ut clamabāt & cætera. secūda psona singularis omniū cōiugationū semper p̄ducit ultimā. ut clamabas monebas audiebas rapiebas. Tertia autē psona singularis & p̄ia uel secūda pluralis semper breuē h̄nt. ut clamabat clamabam⁹ clamabatis. Tertia at̄ pluralis positiōe lōga fit. ut clamabāt.

In defectiuis sane uerbis: si consideres sum & adsum uel profū penultima corripit. ut eras aderas p̄feras. In cæteris psonis similiter p̄teritum perfectū tēpus semper longā recipit ultimā siue i litera postrema simplici prima psona terminat. ut Tytire tu patulæ cecini: siue geminata. ut Quo feror unde abiī. scire autē necesse est quænam coniugatio ultimam i literā debeat duplicare. Sola tertia coniugatio producta seu correpta: nō tamen in oibus uerbis geminare p̄t. ut Appetū & Veneris uiolauī uulnere dextrā. & ut supra dictū est. quo feror unde abiī. In tertia quoq; psona singularis eandē l̄ram duplicat. ut adiit agnouit & obstupuit. subiit cari. Sed in tertia psona singularis in q̄bus i l̄ra duplicat penultima semper corripit. In prima autē cōiugatione producit. ut clamaui donauī. In secūda coniugatione corripit: ut monui splēdi ac si primæ coniugationis declinationem hanc induxeris: quæ ex auctoritate non ex ratione descendit. coniuncto domui penultimam corripies. In secūda psona singularis semper ultima producit in omnibus uerbis. in tertia persona coniugationis primæ penultima syllaba aliquando corripit. ut inonuit læuum. nonnunq̄ producit. armauit ornauit. In omnibus autem coniugationibus nouissima breuis inuenit: plurali numero prima persona cōiugationū omnium: penultimā siue ultimā syllabā semper corripit. ut ha ctenus & fragili donauimus. & iunximus hospicio. secunda psona ultimam semper corripit. Tertia persona penultimam semper ubiq; producit. ut & focii amissi petierunt æthera pennis. Tertia uero duplex persona quam alii quartam: nominant penultimam semper ubiq; producit & ultimam corripit. ut Romanos ad templa deum duxere triumphos. p̄terito plusq̄perfecto tempore numero singulari prima persona penultimam ultimamq; in omnibus coniugatiōibus corripit. ut donauerā splenduerā

Verba defectiua.

Cōiugatio q̄ geminat. i.

Verborum quantitas in syllabis. per cōiugatiōes modos tēpora p̄soas. Coniugatio prima. Persona prima. Persona secunda. Persona tertia.

splendueram audieram iunxeram. secunda psona penultimam corripit nouissimam p̄ducit. ut audieras. Tertia psonæ primæ consentit. ut ter circum iliacos raptauerat hec tora muros. Plurali numero p̄ia persona secūdaq; in oibus cōiugationibus penultimam longā: & ultimā breuem recipit. ut donaueramus donaueratis. splendueramus splēdueratis. audieramus audieratis: traxeramus traxeratis. Tertia psona ultimam semper corripit. ut donauerant traxerant. Tēpore futuro primæ & secūdæ cōiugationis in omnibus psonis penultima syllaba lōga est. ut amabo monebo. postrema quoq; bo syllaba longa est: sed si necesse fuerit ut p̄ breui ponat̄ licebit. secūdam quod in prima uerbi positione disceptauim⁹. cætera sane psonæ supradictas: coniugationū utroq; numero nouissimam semper corripiunt. ut clamabis monebis clamabit monebit. at in numero plurali etiā penultima corripit. ut clamabimus monebimus clamabitis monebitis. Tertiæ uero coniugationis productæ seu correptæ: prima psona nouissimam syllabam corripit. ut audiam rapiam penultima uero syllaba tertiæ productæ semper corripit. ut sentiam audiam. ut audiam & hæc manis ueniet mihi fama. Si tertiæ autem coniugationis correptæ penultima syllaba fuerit natura syllabæ: in aliis ita alia corripit alia producit. corripit in hac mortalem eripiat formam. producit in hac. ducam scribam quoniam primæ sunt uerborum syllabæ: nec declinationibus imutatæ secunda psonæ singularis coniugationis tertiæ duplicis nouissima syllaba semper producit. ut audies scribes quæ syllabæ uerborum ultimæ ubiq; producit. penultima sane syllabæ primæ personæ congruit. Tertia quoq; persona similiter in ambabus syllabis consentit. Pluralis personæ omnes sine ambiguitate penultimā semper producūt: & ultimā corripiunt. ut audiemus rapiemus audietis rapietis. Tertiæ uero psonæ penultima syllaba singularis psonæ consentit.

Modo imperatiuo tempore p̄senti numero singulari persona secunda omnes coniugationes productæ p̄ter tertiā correptam ultimam syllabam producit. ut littus ama. & Tu uatem tu diua mone. Tertiæ sane coniugationis correptæ persona secunda singularis ultimam corripit. ut continuoq; greges uillis lege. Tertia persona singularis omnium coniugationum ultimam syllabam corripit. ut donet moneat audiat rapiat. Secūda psona pluralis in prima & secunda uel tertia cōiugatione productis penultimā syllabā semper p̄ducit: & ultimā corripit. ut donate moneate audite. ultima autē breuis est in tertia cōiugatione correptæ ultima & penultima breues sunt. ut dicite felices animæ. & cingite frōde comas.

Futuro tempore numero singulari secunda persona in tribus ordinibus coniugationum productis ultimam & penultimā syllabā semper p̄ducit. ut clamato moneto audito. In tertia coniugatione correpta penultimam corripit. ut postremas metito. Tertia persona coniugationis primæ numero singularis penultimam producit si a literam quæ coniuga-

Futurū primæ & secunda coniugationis.

Imperatiu⁹ modus.

tionem ostendit habuerit, eam & aliquando corripit, ut Lucanus in quinto *Cæsar* habet, & si o uocalem habuerit producit, ut *donet*. Quoniam ut supra diximus primæ uerborum syllabæ in fundamento non in declinationis flexibilitate consistunt: merito suam naturam penultimo loco custodiunt. At in aliis uerbis eiusdem primæ coniugationis ubi declinatio inflectit: penultima syllaba breuis inuenit, ut *clamitet* quæritet. Cæteræ uero coniugationes huic formæ consentiunt, ut penultimam breuem habeant, ut *ire iter* neq; ab terra moneat, t. c. f. & *audiat hæc genitor* qui *scædera*, s. nouissima etiam syllaba quæ, t. litera consonante semper finit in omnibus breuis est. In omnibus autem coniugationibus numero plurali persona secunda penultimam syllabam semper longam: & ultimam breuem recipit, ut *clamatote monetote auditote scribitote*.

Opratiuus
modus

Opratiuus modo tempore præsentis & præterito imperfecto productis coniugationibus prima persona singularis penultimam longam: & postremam breuem habet, utinam *amaré docerem audirem*: tertia correpta corripit penultimam ut *arriperem cingerem*. Secunda persona duabus longis terminat: utinam *amares moneres audires moueres*, hæc enim uocales quibus coniugatio producta cognoscit: ubiq; produci debent: præter tertiam correptam quæ e literam correptam recipit, Tertia uero coniugatio correpta penultimam corripit utinam *cingeres*. Tertia persona singularis primæ consentit plurali numero prima & secunda persona omnium coniugationum penultimam longam & ultimam breuem recipiunt, ut utinam *clamarem clamaretis: monerem moneretis: audiremus audiretis: raperemus raperetis*. Tertia persona in productis coniugationibus penultimam producit, in tertia correpta corripit, utinam *cingerent*.

Præteritum
tempus omnium
coniugationum

Tempore præterito & plusquamperfecto omnibus coniugationibus persona prima singularis: postremam breuem habet, secunda persona longam: es enim syllaba producta terminat, ut *amasses audisses*. Tertia persona primæ congruit, plu. in omnibus coniugationibus prima secundaq; persona penultimam longam & postremam breuem habet, ut *amassemus amassetis, rapuissemus rapuissetis*.

Tempore futuro prima persona penultimam syllabam in omnibus coniugationibus corripit: utinam *clamitè moneam audiã eripiã*, si uero prima uerbi syllaba in penultimo loco fuerit pro natura sui longa inuenit, utinam *clame* utinam *donè a lra* corripit, ut *flumina amè syluasq; inglorius*, ultima omnium semper breuis est. In secunda persona eadem erit penultima syllaba quæ in prima fuerit, secunda persona, siue es siue as syllabas habuerit ultimas producit, in tertia persona penultima syllaba eadè quæ in superioribus erit, ultima uero semper breuis. Pluraliter autem & prima & secunda persona in omnibus coniugationibus penultimam longam recipit, & ultimam breuem, ut utinam *donemus donetis moneamus moneatis: audiamus audiat: legamus legatis*. Tertiæ personæ singularis in penultima syllaba similis inuenit.

Adiunctiuo

Adiunctiuo modo præsens & præteritum imperfectum & plusquamperfectum tempus optatiuus modo congruit, Perfectum uero tempus numeri singularis in omnibus personis omnium coniugationum penultimas ultimasq; syllabas breues habet, ut cū *clamarem clamaueris clamauerit*, ut cū *monerim monueris monuerit*, ut cū *audierim audieris audierit*, ut cū *scripserim scripseris scripserit*. Plurali autem numero in omnibus quattuor coniugationum modis personas duas primam & secundam: quæ penultimam semper producant: ultimam uero corripunt, Tertia uero persona penultimam corripit, ut cum *donauerint: monuerint audierint legerint*. Tempore sunt alio, (Nam duo recipit) quoniam primum futurum tempus futuro temporis modo pronuntiatiuus consentit prima persona singularis sola nouissimam syllabam longam habet, ut *donauero monuero cæteræ duæ singularis: eadèq; primam penultimam breuem recipiunt*, ut *donauero donaueris donauerit*. Plurali numero prima & secunda persona omnium coniugationum: penultimam longam & ultimam breuem habent, ut *clamauerimus clamaueritis monuerimus monueritis audierimus audieritis dixerimus dixeritis*. Tertia persona omnium penultimam breuem habet.

Subiectiuus
modus,

Infinitiuus modus tempore præsentis productis tribus coniugationibus penultimam longam habet, ut *Plausæ sonitum ceratcis amatae*.

Futurum
subiectiuum,

Intè docere monere. Interdum tamen in secunda coniugatione penultima syllaba corripit, ut *feruere leucaten*, & cū *littora feruere late*, sed in hoc uerbo recte corripit, quoniam antiqui tertiã coniugationem magis quam secundam esse uoluerunt, ut *Lucilius feruit nunc feruet ad annum*, & *Teren-tius in adelphis dum feruit maxime, ergo errare noscuntur* hi qui *Vergilium nostrum longam pro breui posuisse putant*: ut in his uersibus longam pro breui sane posuit, *Illæ autem paribus quas fulgere cernis in armis: & Auroq; effulgere: nã sine dubio huius uerbi secunda est coniugatio: quæ debet produci*. Nã tertiæ coniugationis productæ exemplum subiectiuum & stabulo frenos audire sonantes. Tertia coniugatio correpta tempore præsentis penultimam breuem recipit, ut *Tu calamos inflare leues ego dicere uersus*, ultima autem syllaba in omnibus coniugationibus breuis est tempore præterito: postrema semper ubiq; breuis est, ut *superas cœli uenisse sub auras*. Interdum autem præteritum tempus in litteram duplicat penultimam syllabam: sed in his duntaxat uerbis: quæ præterito perfecto modi pronuntiatiui duplicauerint ut supra dictum est: non solum metri causa: quæ rationis, ut nos abiisse rati, futuro quoque tempore penultima longa & ultima breuis est: sed non facilius huius temporis & modi uerbum in poematibus inuenit.

Clamauerimus,
Clamaueritis,
Infinitiuus
modus,
Feruere

Fulgere.

Venisse.



De declinatione passiuorum deponentiũ conuincit uerborum. Odo pronuntiatiuus, i. indicatiuus: tempore presenti numero singulari: persona prima penultimam syllabam in aliquibus uerbis longam recipit, ut *ducor clamor*. Si tamen prima uerbi syllaba fuerit in aliquibus breuem, ut *quo feror unde abii* si multa

Indicatiuus
idèq; pronu-
ciatiuus.

Verborum
passiuorum
deponentium
communiumque
per coniugationum
modos
& tempora
quantitas in
syllabis.

Præteritum
perfectum &
plusquamperfectum.

rum uerbum aliquod fuerit syllabarum frequenter penultimam corripit: postrema autem semper breuis est & erit. secunda tertiæque persona singularis excepta tertia coniugatione correpta: penultimam longam & postremam breuem recipiunt. Tertia enim correpta duabus breuibus postremis terminatur. ut ducitur infelix duo. numero plurali persona prima in productis coniugationibus penultimam longam habet. ut secunda & tertia persona singularis. ut clamamur monemur audimur. In tertia autem correpta breuem recipit. ut legimur & ferimur per opaca locorum. Persona secunda penultimam breuem & ultimam longam admittit ut amamini: & mouemini. omnis enim syllaba in uerbis: ut in aliis partibus orationis: si littera uocali finita: semper producit. Tertia persona postremam breuem habet. Tempore præterito imperfecto omnibus in coniugationibus personisque præter secundam personam pluralis penultimam semper longam & ultimam breuem inuenies. ut ducebar ducebaris ducebat. Item plurali ducebatur. secundæ uero personæ pluralis syllaba in tertio ab ultima loco producit. ut ducebamini. Tertia persona pluralis ultimam breuem habet. Tempore præterito perfecto & plusquamperfecto numero singulari prima & tertia coniugatio producta penultimam longam & postremam breuem habet. ut donatus auditus. secunda autem coniugatio uel tertia correpta: penultimam syllabam aliquando breuem recipit. ut admonitus aliquando positione longam. ut scriptus: plurali autem numero ultima longa est. ut admoniti: penultima breuis. Tempore futuro prima & secunda coniugatio persona prima numero singulari penultimam longam habet. ut amabor & docebor. Secunda & tertia persona breuem. ut Horatius in arte poetica. Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus. Scire autem oportet quod litteræ uocales: quæ tres coniugationes productas ostendunt: frequenter produci debeat. Numero plurali prima persona postremas breues habet. ut amabimur monebimur. Secunda persona breuem & longam. Tertia persona ultimam breuem recipit. Tertia coniugatio producta uel correpta eiusdem temporis futuri primam personam duabus postremis breuibus explicat. ut nutriat rapiat. In dissyllabis autem uerbis interdum penultima longa: & postrema breuis erit. ut in Horatio primo carminum. Scriberis uario fortis. plurali numero prima persona penultimam longam: & postremam breuem habet: ut audiemur & rapiemur. Secunda persona tertiam ab ultima longam: penultimam breuem: postremam longam habet: ut audiemini & rapiemini. Tertia persona ultimam breuem habet: ut utinam audirent: raperent. Imperatiuus modus tempore præsentis numero singulari persona secunda uel tertia: in coniugationibus productis penultimam longam & ultimam breuem habet: ut amare ametur: monere moneatur: audire audiat. In tertia autem coniugatione correpta secunda persona: utraq; postremæ breues sunt. ut scribere legere. In tertia persona penultima longa & postrema breuis

ma breuis est. ut legatur. Plurali numero persona prima omnium coniugationum penultimam longam & ultimam breuem habet. ut amemur moneamur audiamur: scribamur. Secunda persona tertiam ab ultima longam: penultimam breuem: postremam longam habet. Tertia persona postremam semper breuem recipit. Tempore futuro in omnibus coniugationibus productis: secunda uel tertia persona singularis penultimam longam habet: & ultimam breuem. ut Contemplator item cum. tertia autem coniugatio correpta penultimam syllabam breuem habet. ut legitur scribitur. Pluralis numerus persona secunda coniugatione tertia correptæ competit. Optatiuo modo tempore præsentis & præterito imperfecto numero singulari personæ omnes in tribus coniugationibus productis penultimam longam recipiunt. ut utinam donaret moneat audiret: similiter in cæteris personis singularibus. Item pluralis prima persona singulari congruit. secunda persona tertiam a fine longam habet. penultimam breuem & ultimam longam. ut utinam amaremini moneamini: audiremini: ultima autem syllaba præter secundam personam plurali. breuis est. Tertia autem coniugatio correpta a superioribus longe discrepat. Nam ut illæ litteram uocalem producant: quæ est index coniugationis: ita & ista corripit. Prima tamen persona singularis. ut utinam scriberet utinam legeret. secunda autem persona uel tertia singularis penultimam syllabam producant. ut utinam rapereris raperet. Numerus pluralis superioribus coniugationibus consentit. utinam scriberemur: Præteritum perfectum & plusquamperfectum tempus modi pronuntiatiui: præ duobus temporibus congruit: prima persona futuri temporis in prima coniugatione postrema syllaba breui explicatur. penultimam autem interdum positione longam. ut utinam contempler: aliquando breui. ut utinam amer interdum longa. ut utinam exclamer. Secunda uel tertia persona singularis in omnibus coniugationibus penultimam syllabam semper longam recipiunt: siue. a. siue. e. uocales habeant. Prima coniugatio. e. litteram productam habebit. ut utinam contempleris contemplet. cæteræ uero. a. litteram productam habent. ut utinam monearis utinam audiaris: utinam legaris. de postrema autem omnium non dubitaueris quin breuis sit eadem. litteræ uocales. a. &. e. uim suam etiam numero plurali custodiunt. ut utinam contemplemur contemplemini. utinam doceamur doceamini. utinam audiamur audiamini. utinam scribamur scribamini. secundæ personæ penultima breuis est & ultima longa. Adiunctiuus modus tempore præsentis optatiui modi: futuro tempori competit. Præteritum imperfectum tempus præsentis temporis modi superioris congruit. Præteritum autem perfectum & plusquamperfectum modorum superiorum temporibus in sua specie consentiunt: futurum tempus primum huiusmodi pro suis coniugationibus: tempori futuro modi pronuntiatiui congruit. ut contemplanor commonebor. cum audiar cum legar. aliud autem futurum uel ulterius præteritis temporibus perfectis consentiunt.

Infinitus
qui & perpetuus
modus.

Infinitus modus: quem & perpetuum quidam uocant tempore presentis coniugationibus tribus quas productas semper esse diximus: penultimas postremaque syllabis longis explicat. ut clamari doceri moueri: ut ne que doceri. ut mutari uel putas bellus: & hinc exaudiri. Tertia autem coniugatione correpta: tempore ite presentis si penultima syllaba ubique producta fuerit: & in capite uerbi fuerit hic quoque producta est. ut progeniem sedeni troiana a. s. d. At si ubique corripit corripienda ut in Lucano. Romano spectante rapi. Interdum autem & positione longa est. ut An tanta ne & tanta paties. postrema autem syllaba in omnibus sine ambiguitate longa est. Præterito tempore prima & tertia coniugatio producta: penultimam longam & ultimam breuem semper recipiunt: ut reclamatum esse auditum esse. Secunda coniugatio penultimam syllabam interdum breuem recipit: ut monitum esse. Interdum positione longam. ut doctum esse. Tertia autem coniugatio correpta semper positione longam efficit. ut ductum esse deceptum esse. Futurum secundum rationem coniugationum in prima particula uerbi simile est præterito tempore: in postrema particula spondio constat. ut clamatum iri monitum iri scriptum iri. uerba impersonalia in ratione syllabarum actiuis & neutralibus uerbis: tertia tamen personæ in omni declinatione (præter infinitum modum) similia sunt: & interdum penultimam syllabam breuem recipiunt: ut non pudet obfidione iterum. In trissyllabo breuis est. ut poenitet: aliquando naturaliter longa est penultima diphthongi ratione. ut tædet aliquando positione longa. ut oportet. Verba sane infinitæ declinationis: quæ alii impersonali modo iudicant. ut amat amabat: docet docebat. In communi declinatione temporum passiuus & deponentibus & communibus uerbis coherent.

Participiorum
quantitas.

Participia omnium uerborum: quattuor formulis syllabarum ultimarum explicant: natura diuersis. Prima est qua presentis tempore duplex inuenitur: aut enim ans syllaba producta finit. ut Ardet amans Dido. aut ens eadem quoque producta. ut bella mouens. Secunda formula est quæ tempore futuro ex omnibus significationibus ueniens uerborum uniformis erumpit. hæc semper tres syllabas explicat: penultimam longam & ultimam breuem syllabam reddens. ut si uisurus eum ibo. Ea autem Participia huius temporis: quorum uerba primam coniugationem recipiunt: etiam tertiam syllabam ab ultima semper producant. ut amaturus contemplaturus. non immerito quia etiam in uerbis a littera quæ est coniugationis index: necessario producta. Tertia formula duplex quæ admodum prima & temporis præteriti esse cognoscitur. Interdum enim tres syllabas finit. ut & ductus cornu stabit. Interdum duas syllabas. ut sunt mugitibus æther concussus. utraque syllaba breuis est. Penultimam autem rationem syllabarum in uerbis præteriti perfecti passiuus scilicet ostendimus. ne eadem repetita documenta opusculum nimium dilatet. Quarta formula est simplex: & futurum patendi tempus ostendens: hæc duas syllabas semper breui finit horum omnium participiorum postrema syllaba per declinationes casuales: secundum rationem nominum ita

minum ita seu longe seu breues intelliguntur. duo tamen participiis desunt quod & productam uocalem in fine duntaxat nunquam recipiunt & quod nullus casus eorum. t. l. uel. u. terminatur.

De Aduerbiis.



Quoniam statuimus: per omnes partes orationis decurrere: & de natura postremarum: siue penultimarum syllabarum: ut fert ratio: disceptare: quæ tradi solæ regulariter possunt. Nam cæterarum præcedentium docet auctoritas rationem: idcirco docere existimari etiam de aduerbiis quæ tamen comprehendere possunt: aliquantulum disputare. ergo per omnes significationes aduerbiorum eundem est. **A**duerbia temporis. s. hodie cras mane nup olim aliquando. hodie constat anapesto. ut hodie uictor spolia illa supbi. Cras constat syllaba longa. ut in Horatio primo carminum. Cras ingens. mane constat trochæo ut Mane ruunt portis. etiam cum nomine fuerit: eundem recipit: ut dum Mane nouum. Nup quoque aduerbiu Trochæo constat. heri spondæo constat. Vesperis constat cretico. Olim constat trochæo. olim arbor. aduerbiu ut cum temporis fuerit & postea quæ significauerit productam uocalem recipit: licet habeat positionem. ut in octauo. ut bellisignum laurei turnus ab arce. aut si fuerit similitudinis breuem uocalem habebit. ut At uelut ille canum morsu. **A**duerbia localia. hic aduerbium a pronome distat quæ pronomen corripit & aduerbiu producat. ut hic ego namque tuas sortes. Illic uel illuc & huc aduerbia postremas longas recipiunt. ut huc illuc acie circumtulit & huc ades. & Seneca in hecuba hendecasyllabo sapphico uersu. Illic est illic ubi fumus alte. ibi uel ubi sine dubio primas syllabas breues habet. ultimas autem scire oportet & longas & breues poni posse. longas ut cernit ibi mæstos. breues ut his ubi tum. & atque ubi iam patriæ. Ideo & unde aduerbia postremas syllabas breues recipiunt: ut inde ubi clara dedit. & unde laborum. quo uel qua: & hæc aduerbia longis syllabis constant. ut quo fugis ænea & qua uictrix redit illa. & hac iter elysium nobis. Item aduerbia localia quæ sub imagine nominum latent: cum inciderint ad rationem nominum referuntur. Item eminus & cominus dactylo constant. ut illum eminus. & totum cui cominus ensem. Procul aduerbium pyrrichio constat. ut aut procul hinc saxo. Nuper aduerbium temporis & donec pyrrichio constant. ut Horatius. nuper sollicitum quæ mihi tedium. & donec ut æstiuus effusus nubibus hyemem. **A**duerbia numeri quæ. l. uel. r. uel. s. literis terminantur breues syllabas ultimas recipiunt. ut in Lucano semel omnia uictor iusserit. & Moenia dardanidum quater ipso in limine portæ. in dissyllabis autem etiam primæ syllabæ breues sunt: illa autem quæ ens: uel es syllabis finiuntur ultimas syllabas longas habent. ut nouies styx. constat autem anapesto. Iterum aduerbium numeri tribus breuibus constat. ut sublimis aias iterumque ad tartara. **A**duerbia ordinis. denuo con-

Aduerbia
temporis
Hodie Cras
Mane Nup

Heri Vesp
Olim Vt

Hic

Illic illuc huc

Ibi Vbi

Inde Vnde
Quo Qua

Hac

Eminus
Cominus
Procul

Aduerbia
numeri
Semel
Quater
Nouies
Iterum
Denuo

Deinde
Rursus
Non Haud
Nequicq̄
Nequaq̄
Frustra etiā
Vtiq̄ En
Ecce
Age Eia

Vtinam
Cur
Quare
Quianam
Fortasse
Forfitan
Forte Heus
Heu
Ne

Vna Simul

Pariter

Seorsum
Separatim
Sic Veluti
Vti
Quasi

Magis

Nam Quā
Forte
Paḡ nimium

Min⁹ Satis
Amplius

stat cretico. Deinde constat palimbacchio, ut Deinde satis fluitum inducit. Rursus constat trochæo, ut rursus abundabat. ¶ Aduerbia negā dis: nō. & haud lōgis syllabis constāt: ut Nō ego myrmidonum. & haud equidem cædo. Item nequicq̄ & nequaq̄ constant palimbacchio, ut nequicq̄ trepidat, frustra aduerbium cōstat spondio, ut uane ligus frustra q̄ animis, etiam aduerbium tribrachum recipit, ut hic etiam inuentum priamōn, utiq̄ cōstat tribus breuibus. ¶ Aduerbia demonstrandi: en lōgā habet, ut en agros. Ecce aduerbiū constat trochæo, ut ecce dionæi p̄ces sit. ¶ Aduerbia hortantis age eia. Age aduerbiū constat duabus breuibus, ut te sine nil altū mens inchoat: en age segnes. Item eia cōstat spondio, utima sane syllaba in synaliphā cadit duobus his uersibus, eia age segnes, & hostis adest eia. ¶ Aduerbiū optādi utinā constat ex tribus breuibus, ut atq̄ utinā ex nobis unus. ¶ Aduerbiū interrogatiū, cur constat syllaba lōga, ut cur inquit diuersus abis. Quare aduerbium constat trochæo, ut quare age & inceptū, quianā aduerbiū cōstat tribrachio, ut Heu quianā tanti cinxerunt. ¶ Aduerbiū dubitandi fortasse ultima syllaba breui finit. Item forfitan cōstat dactylo, ut forfitan & Priami, forte cōstat trochæo, ut forte sub arguta. ¶ Aduerbiū uocādi heus lōgam habet, ut heus etiā mens, heu respōdentis aduerbium longa constat ut Lucanus, heu demens. ¶ Aduerbiū prohibendi ne constat longa, ut ne pete connubiis, coniūctio autem si fuerit corripit, ut Coniunx ne Creusa. ¶ Aduerbiū cōmunicationis, ut una simul pariter, una aduerbium spondio cōstat, ut hi subito natum anchises unaq̄ sibyllam simul constat pyrrichio, ut illa furens simul arua fuga, pariter constat tribrachio, ut dixerat atq̄ animis pariter certantibus. ¶ Aduerbiū separationis seorsum & separatim, seorsum primam syllabam longam: & postremam breuem recipit, item separatim constat ditrochæo. ¶ Aduerbiū similitudinis: sic constat syllaba longa, ut sic ait, ueluti constat anapaesto, ut ac ueluti magno in populo, etiam sepatatim uti dicim⁹, ut Salustius in lugurthino utiq̄ rem sese habere, item quasi cōstat pyrrichio, ut Tullius, Nam quasi bos sibi dedecor ingenuere parētes. ¶ Aduerbia comparationis: magis potius omnibus constant breuibus, ut tā magis illa fremens, & siue antro potius succedimus, nam ultima positione fit longa, Nam & quam natura breues syllabæ sunt. ¶ Aduerbiū euentus, forte cōstat trochæo, ut forte fuit iuxta Tumulus. ¶ Aduerbia quātitatis parum nimium omnibus breuibus constāt, ut Lucanus in q̄nto, Quid satis est si Roma parū? & Vergili⁹ esse sinent nimium uobis roma na ppago, Itē min⁹ & satis & amplius oibus breuibus cōstāt, ut sit satis Aenidæ, et min⁹ atq̄ min⁹: & neq̄ me i decorē germana uidebis āpli⁹. ¶ Aduerbia qualitatis siue quātitatis plæraq̄ gradus recipiūt, p̄sertim si a nomine ueniāt, Nam ppauca sunt aduerbia quæ ab se orta gradus recipiant: & quoniam quæ ex aliis partibus orationis deriuant aduerbia innumerabilia

innumerabilia sunt: merito omnia comprehendere non possunt: tamē horum aduerbioꝝ regulariter de postremis syllabis disputabimus. Absolutus gradus quē alii positiuū uocant: in aduerbio sex literis terminat, uocalibus tribus, ut sæpe bene o semp producta uocali, ut raro falso, ut falso querit de natura, u. semp pducta, ut anceps pugna diu, Consonantibus autē tribus explicat m lra correpta, ut illa leuem fugiēs partim secat æthera pinnis, & tractimq̄ susurrant, r, litera correpta, ut lacerum crudeliter ora, s, litera correpta, ut nec fūdus omnes, Aduerbia e litera terminata absoluto gradu: plæraq̄ lōga syllaba finiunt, ut ante omnes stupet ipse Dares longeq̄ recusat: & si non alium late iactaret odorem, nō sine ratione Vergilius eandem pductam in a literam correptam uertit, ut & pede terrā crebra ferit, Pauca breuē habēt rite bene & ipune & sæpe, ut carpebat somnos rebus iā rite paratis, & bene apud memores uerteris stat, & sæpe fugā Danaï, & sæpe alterius ramos impune uidemus uertere in alterius: media uero longa est, aduerbia o litera terminata semper longam habent, ut scipiades cladem libyæ paruocq̄ potentem Fabricium, quāuis & nomen esse possit absolute positā, cætera aut quæ cōsonantibus finiunt aduerbia: supradictō gradu breues semper ultimas syllabas recipiunt, quoz̄ iā exempla supradicta sunt, Cōparatiuus gradus in omnibus aduerbiis qui semp ius literis terminat & explicat semper breui syllaba finit, ut mollius & solito, Postremā enim syllabam in omnibus aduerbiis: cōsonanti litera finita breuem esse oportet, penultima quoq̄ syllaba comparatiui siue superlatiui gradus aduerbiorum, ut in omnibus gradibus breuis semper inuenit, ut Atq̄ ubi iam breuiorq̄ dies & mollior ætas, & maximus agricolis pelagoq̄ parabit imber, Superlatiuis gradus aduerbioꝝ qui uniformi syllaba terminat e literā postremam sup longam recipit, eadem enim syllaba in nomine superlatiui gradus uocatiuo casu breuis est, ut optime graiugeni & maxime Teucroꝝ ductor, ergo in aduerbiis necessario me syllaba ad discretionē partium pducet, De aduerbiis pmiscuis plenissime disputandum est ex auctoritate collectis, uero cōstat spondio, ut si uero uiciamq̄ seres, Sero aduerbiū cōstat spondio, at si nomen fuerit constabit iābo, ut pasce sero pingui, Tamē constat pyrrichio, ut Nos tamen hæc, Alibi cōstat anapaesto, ut arborei fœtus alibi, Interea siue præterea cōstat choriambo, ut interea medium Aeneas, & p̄terea genus aut unum, penitus cōstat tribrachio, funditus cōstat dactylo, nihil pro non positum constat pyrrichio, ut nihil mea carmina curas, Dum & cum aduerbia breues syllabas habēt, Sed sine positōe poni nō possūt, Sati⁹ cōstat tribrachio, ut nōne fuit satius, Pridem cōstat trochæo, ut iā pridem resides populos, Quoties uel Toties cōstat anapaesto, ut Quoties oculos cōiecit in hostem: & Quid natū toties, Certe cōstat trochæo, ut certe siue mihi phyllis, paulatim cōstat palimbacchio, ut Paulatī & sulcis frumētī q̄teret herbam,

Gradus absolutus q̄ & positiuus,
Raro Falso
Diu Partim
Tractim
Crudeliter,
Funditus
Longe
Late
Crebra
Rite Bene
Sæpe
Impune
Paruo

Optime

Vero Sero

Tñ Alibi
Interea
Penitus
Fūditi⁹ nihil
Dum Cum
Sati⁹
Pridem
Quoties
Toties certe
Paulatim

Modo

Transuersa,
Contra

Et Que

Ne

Aut

Quidem
Equidem
Quoq;
In Nepe
Quippe
Igitur
Si Etiam
Siquidem
Quandoq;
Quando

Quin
Sin
Seu
Sive
Nāq; Ni

Modo aduerbium constat pyrrichio, ut tu modo nascenti puero, at si nomen fuerit iambo. Sane quoniā aduerbia omnia quæ partim ex se oriuntur: partim ex aliis deducuntur: comprehendi non possunt: merito sigillatim nō existimo psequēda, sed tamen de postremis syllabis breuiter dicā, aduerbia A lra finita quæ p e lra ponit breuē habent ut trāsuersa tuēibus hircis, at si ex se oriuntur lōgā habebunt, ut cōtra iussa mouēt.

E. litera finitum aduerbium (ut supradictum est) sæpissime longam recipit: interdum breuem, ut rite, l. litera finita aduerbia semper breuem habent, m litera similiter correpta fiunt.

O. lra pducta in gradibus sane finiunt, ut hic uero uictus genitor, alibi enī & breuis inuenit, Tu modo quos in spē statues sūmittere gētis.

R. litera finita aduerbia semper breuem habent, ut semper equos: atq; Arma uirum, & lacerum crudeliter, ora, S. litera finita aduerbia semper breuem recipiant, Vt quæ totam luctu cōcussit funditus urbem, & mollius & solito, y. litera finita aduerbia semper longam recipiunt: ut nāq; diu luctans lentosq; in stirpe moratus, omnium autem præcedentiū syllabarum naturas: magistra docebit auctoritas.

Copulatiuæ coniunctiones & que, ac, breuibus syllabis constant, ut fortuna omnipotens & ineluctabile fatum, Item iamq; cateruatim.

Disunctiuæ coniunctiones ne, nec, neq; uel sed, omnes correptas syllabas habent. Ne cōiunctio eo aduerbio discrepat q; hæc corripit: & aduerbiū producat, ut ne mihi tū molles, Cōiunctiois exēpla, ut cōiūne creusa, Aut cōiunctio, Quoniā diphthongo ualet lōga est: ut Nūc manet in fontem grauis exitus: aut ego ueti, Expletiuæ cōiunctiones quidē equidē quoq; tamē nempe, qdem duabus breuibus cōstat, ut ista quidē quia nota mihi, egdē tribus breuibus cōstat ut protendens equidē merui, quoq; duabus breuibus cōstat, Vt tu quoq; litorib; nostris, Tamen duas breues habet, ut haud tamē audaci, Nepe cōiunctio trochæo concludit: ut quippe, ut Quippe uetor fatis certe spōdæo, ut certe siue mihi phyllis, Causales coniunctiones, igitur constat tribracho, Vt iliacas igitur classes, Si cōiunctio pducit, ut Si quibus eiectus syluis, Etia cōiunctio tres breues habet, ut hic etiā inuentū, Siquidē cōiunctio cōstat dactylo, Quādoquidem ex lōga & tribus breuibus cōstat, ut Quādoquidem ausonios, Quādo cōiunctio & breuem & lōgam nouissimam potest recipere secundum naturā postremæ uocalis, longa est in hoc, meq; timoris argue tu Drance quādo tot stragis aceruos, est enim cōiunctio causalis, hoc est quādoquidē: nō aduerbium tēporis, cæterū dum cōponit breuis est, Quin cōiunctio natura lōga syllaba est, ut Quin ego non alio digner te funere palla, Sin syllaba longa est, ut Sin has ne possim naturæ accedere partes, Seu syllaba lōga est, ut Seu uos hesperia magnam, Siue constant trochæo: ut Siue sub incertas zephyris motantibus umbras, Nāq; ex longa & breui cōstat, ut nāq; sub cæbalix, Ni cōiunctio

lunctio longa est, ut Ni fuga subsidio, Nisi cōiunctio duas breues habet, ut & nisi me qua, &c. Sed breuis est, ut ipsa acie nondum falcis tentanda sed uncis, Rōnales cōiunctiones, p̄sertim cōiunctio primā syllabam diphthōgo longā habet: nouissimā breuē, ut Præsertim certis si mensibus, Enī duabus breuibus cōstat, ut etenī mollibus, Quia cōiunctio constat pyrrichio: ut Nam qa nec fato merita: nec morte peribat, Quippe primam naturaliter longā: & postremā breuē habet, ut qppe solo natura subest, Quoniā cōiunctio breui constat: ut nunc uidi tristis: quoniā fors oīa uersat, Quoniā quidē oēs breues habet, Ergo cōiunctio postremam syllabam longam sine dubio habet, in hoc p̄sertim uersu, Quæ regio Anchisen, quis habet locus: illius ergo, quāuis adia phoros hoc est cum in fine sit uersus: cuius nunq; natura requirit: tamen longa esse debet: significat enī illius causa uenimus, hæc sane sola cōiunctio: cōtta rationem latinitalis ultimā syllabam circūflectit, at si alio intellectu conlocata erit in synalipham frequentius apud Vergilium cadit, ut ergo ubi delapsa sonitu & ergo age care pater, uerū tamen in simplici intellectu repetitæ rei: sine dubio longā posita est, in hoc uersu, ergo non hyemes illam, ideo cōiunctio constat anapæsto, ut atq; ideo Taurus procul, Scilicet cōiunctio cōstat dactylo: ut scilicet his superis labor est, Propterea cōstat choriābo, Quare cōstat trochæo, ut q̄te age, Quid semp breuis est, ut neqd in exptū frustra, Præpositiones duobus generib; cōstant: etenim aliæ sunt loquelares: quæ ornandi sensus aut augēdi uel minuedi grā: cæteris partibus præponunt, aliæ autem casuales uocantur: quod casibus seruiant, loquelares sunt An, con, re, se, di, dis, an præposita breuis est: sed semp positione longa fit, ut obuius ambustum, & quæ rapidus fluminis ambit, Re præpositio semp breuis est in quibuscunq; partibus orationis fuerit, In nomine, ut his primam ante acie digna atq; in digna relatu, In uerbo, ut colla armosq; labāt gemitū nem; oē remugit.

Participio ut nūc rapidos retro atq; æstu reuoluta resoluēs, Se præpositio semp longa est, & cum frigida mors anima seduxerit artus, Di præpositio semper longa est, ut Tum uero in curas animū diducit omnes, Dis p̄positio breuem syllabam habet, sed eam positione lōgā fieri oportet, ut discicitq; rates, & disciflos nudis laniabāt, non fere enī in uocalē cadit Con & In p̄positiones loquelares cū fuerint: ita ut p̄ cōpositionem loquelis inhæreāt: ambæ unius naturæ sūt, hoc genere si in, f, uel, s, lras consonantes ceciderint naturaliter pducunt, ut infertatq; deos latio, & insignem pietate uirum, Itē considant tectis, & Num uulnus acerbū cōficit, At si a cæteris consonantibus excipiunt positione longa fient nec produci in præpositione possūt sine uitio barbarismi, in uerbo cū casualis fuerit breuis est: si a uocali excipiat, Præpositiones accusatiui casus, Ad p̄positio semp breuis est siue loquelis: siue casib; seruiat, ut Eumenidum aspicias ripā ue iniustus, & Iuppiter oīpotens si nō exosus ad unū,

Nisi
Sed

Præsertim
Enī Quia
Quippe

Quoniam
Ergo

Ergo circūflectitur

Ideo
Scilicet
Propterea
Quare
Quid
Præpositiones loquelares
Præpositiones casuales
Am Re

Se
Di

Dis

Con In

Præpositiones accusatiui
Ad Cux,

Apud
Ante
Citra
Cis

Contra
Erga Intra

Intra
Iuxta Ob
Per Penes
Prope
Propter
Sup Subt
Præter
Pone
Secundum
Ultra Vsq

Ab
A E

Absq
Coram
Clam
De
Ex
Pro

Præ
Palam

Apud præpositio duabus breuibus constat. ut **Q**ualis apud gelidi cam flu. ultima sane positioe longa fit. Ante naturaliter duabus breuib9 constat sed prior positioe longa fit. ut **A**n-te sinistra caua monuisset. Citra præpositio postremâ longam habet. Cis præpositio breuem syllabâ recipit. Circa postremâ syllabâ longâ recipit. ut corpora multa uirû circa seniorq. **C**ontra etiâ eadē ultima syllaba longâ claudit. ut cōtra nulla est oleis cultura. Erga ppositio superiori similis est. Intra eadē quoq; similis ut iâq; intra iactû. hoc ergo nobis obseruandû est: ut oēs ppositiones a lra finitas scias ultimas syllabas longas habere. Inter postremâ breuē recipit. ut iter odoratû lauri nemus. Intra ultimâ longam habet: ut supra memorauim. Iuxta eadē superiori agruit: ut iuxtaq; Creusam. Ob. breuis ē. ut negs obiceptû. Per eadē quoq; breuis est: ut adq; p abages Penes duabus breuibus stat. Prope duas breues habet. Propter ultia breuis est. ut pp aq; riuû. Super constat duab9 breuib9. ut aut sup idaliû. Subter ultima breui finit. Præter trochæo stat. Pone trochæo stat. nâ accētū solo a uerbo discernit: quoniâ iterdû in aduerbiû cadit. ut Pone subit coniuat. Secundû primâ syllabâ & nouissimâ breues habet. ut saltibus in uacuis pascunt & plena secūdū. Ultra ppositio ultimâ longâ habet. ut dixi. Vsq; ultimam breuē recipit. ut usq; sub extremû brumæ intractabilis hymbre.

De præpositionibus ablatiui casus.



Ab præpositio semp breuis est. ut nec nō & sterilis q; stirpib9 exit ab imis. A. siue. E. ppositiones semp longæ sunt. siue separatim seu adharētes: præpositioi præponant. separatim cum casibus seruiunt: ut hic tm̄ in tenebris cōuersum a lumine. & At genus e siluis cyclopū & mōtib9 altis. A. loq; lis adharēs. ut amouet & fidū capiti subduxerat. absq; postremâ syllabam breuē habet. quēadmodū usq;. Corā constat trochæo. ut corā quē q̄ritis adlū. clā syllaba breuis ē. De semp longâ est siue loq;laris. siue casualis sit. loq;laris deducunt socii naues. Casualis. ut At subitæ horrifico lapsu de mōtib9 adsunt. Ex ppositio breuis est. per naturam: sed positione longâ fit. Pro præpositio cū loquelaris fuerit: semp producit. ut nobis ad belli auxiliū p nomine tātō. At cum casualis fuerit: uarie ponit. alibi enī longâ: alibi breuis iuenit. Est operæpretium edocere quādo breuis debeat: quādo longâ constitui. si hanc pcedentē syllabam secuta fuerit altera syllaba: necessario prior corripit. ut in Lucretio. omnia ueridico qui quōdam ex ore profudit. At cū positioe syllaba longâ fuerit consecuta frequēter producit in uerbis siue participiis. ut procurrūt lautentum. hinc densi rursus inundant. alibi autem breuis: alibi longa est. In nominibus breuis est in hoc. ut ni faciat maria ac terras cœlūq; profūdum. longâ in ultimo uerbo: breuis ponitur. in his sane uarietatibus: q; maxime auctoritas quæreda est. Præ sine dubio longâ est quod diphthongum habeat. Palā constat duabus breuib9. ut luce palā. Sine duas breues habet. ut nâ

sine ui

sine ui non ulla dabit respōsa. Tenuis præpositio quæ ablatiua & iterdû genitiua casui pulchre iūgit. ut est crurū tenuis: duabus breuibus constat. Sub ppositio semp breuē syllabâ habet. ut hasta sub exertâ donec perlata papillam.

De Interiectione.



Interiectiones quæ adfectû animi uario motu designât. Interdum enī gaudiū aliquādo dolorē mētis ostēdūt. Quoniâ multæ sunt. ex his paucas ostendā. Interiectio cōposita syllabis tribus habita. longas recipit uerū in Comico carmine sola collo cari pot: leni scilicet & humili uel iucūdo. In lyrico autem quamuis & ipsum lene sit: quod non possit tumidioribus cothurnatisq; uerbis ornari: nunq; tamen hæc interiectio apud Horatium reperit: quanto magis ut heroico tragicoq; carmini necessaria habeat: fortia tumidaq; uerba quærenti. Item uah. siue uaha ex breui & longâ constat: sed huius uis interiectionis superiori congruit. Heu siue Eheu interiectiones: pductas syllabas habent. ut heu quæ nunc tellus inquit. & eheu q; pingui macer est. Sed hæc omni genere poetarum aptari potest. etiam liberæ a numeris orationi quâ maxime historicæ. ut Sallust. in bello Iugurthino. heu me miserum: heu me infelicem. Item interiectio admirationis papæ duabus longis constat. prima per unam productam uocalem: postrema per diphthongum. sed & hæc lentioribus apta uidet. esse carminibus. Item horationis interiectio eia constat trochæo. & quia Vergilius ultimâ sciebat esse breuē. ubiq; ei uocalem subiecit. ut eia age rûpe moras. & horis adest Eia. potest tamen in necessitate pro longa poni. Nefas cum fuerit interiectio: eandem naturâ: quam habet in nomine: reseruabit: constat autē ex breui & longâ. ut Baetra uehit seqturq; (nefas) ægyptia coniu. Cū aliæ uero interiectiones iciderint. auctoritatis fide poterūt referari.

De positionibus syllabarum.



Positionis ratio decem modis cōprehendit. in his. n. syllabis quæ cum breues natura sunt: tamen eas necessario fieri longas oportet: læpe tamen inuenit positio in syllabis natura longis. sed si naturaliter producant. positionē superfluâ habebunt. illic enī est quærenda positio: ubi longitudo naturæ defecerit ut quod natum nō fuerit: excludat. Nam quemadmodum uocales naturæ deseruiunt: ita positioni consonantes. **P**rimus modus positionis est. si correpta uocalis desinat in cōsonantem: & excipiat ab altera cōsonanti. ut arma uirumq; ferens. Desinat autem uocalis cum in se hoc est in cōsonantem suæ syllabæ ceciderit: excipitur cum in cōsonantem consequentis syllabæ transferit. **S**ecundus modus est: si correpta uocalis desinat in duas cōsonantes. ut est in carpathio neptūni. g. u. **T**ertius modus est: cū correpta uocalis excipit a duabus cōsonantib9 ut Acrisioeis Danae sūdasse colonis. **Q**uartus modus est cū correpta uocalis desinat in duplicē lram. x. ut nox erat. **Q**uintus modus est cū

Tenus

Sub

Interiectiones.

Hahahe
Comici carmen humile & lene.

Lyricū carmen lene.

Heroicū carmen quale.

Tragici uersus eē tumidi debent.

Va Vaha
Heu Eheu
Papæ Eia

Nefas interiectio.

Positionis ratio

Vocales naturæ deseruiunt.

Consonantes positioni deseruiunt

Z

